



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

89. Persecutio à feminis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

pressus, damnatus, fluctuario tam dirè contusus est, vt diu membris fractus iaceret & hæc à ciuibus fidei odio in eum infensis; secuta non diu post primogeniti mors, quem sperabat fore senectutis, & familiæ columnen. Nouem natu minores morbis conflctati, paternis adibus speciem nosocomij indidere; cognatorum, & affinium turba, vsque adeo ab leuandis subsidio aliquo miselli calamitatibus aliena, vt is etiam certatim illuderet, exprobarètque velut supplicio desertæ idololatricæ; cruce aiebat te munito, & surget tibi viuus e tumulo filius; libera nos à malo, dicit; & morbos depelles ab superstitibus liberis, & abs te misérias quæ te viuum absument; ad hæc ille defixo in cælum animo, & aspectu, fiat, aiebat, *voluntas tua, sicut in cælo & in terra*, huiusque precatiunculæ nectare, dolorum omnium amaritatem diluebat; Tobix in viuos liberalitatem, imitari egens non poterat, imitabatur pium in mortuos laborè, sepulchro condens eorum corpora; & animos religiosis auxiliis subleuans, in quo item vt esset Tobix similis, videndi vsum propemodum amisit; sed hoc ipso ad munus longè præstantius redactus est, nouisque quotidie à Patre, virtutum excultus documentis, ipse viris, feminis Symphorosa domesticatim illa repetebant, audiebanturque hoc reuerentius, quod essent potius agendo quam loquendo diserti. Mirum denique videbatur Christianæ rei tanta faustitate inertem iacere dæmonem, & has de se prædas otiosè spectare; Primum igitur Christum amplecti persuasos, debilitate, tremore manuum refugo, & horrore cum porrigeretur iis libellus doctrinæ Christianæ, velut porrigeretur aspidi, deinde idola confracturos, ea formidine quatere, vt ad primos iclus, terræ hiatu sorbendos se crederent; ludos hos dæmonis discussit Longobardus, & strage idolorum etiam pueros ludere docuit. Periculis Vanceni in pago stolidè sed non frustra iactatum, vbi omnes paganos fecisset Pater Christianos oneraturum iis nauim, & repetiturum cum iis occidentem. Ad hæc enim bacchantes, & moræ cerebro feminæ, velut dato signo per pagum insanire, ciulatibus omnia misecere, implorare opem aduersus prædonem occidentis, incantatos maritos secum abducenturum, & commodum aberat tunc pater, pessime alioqui tot inter furias discrepandus; quas ne mariti quidem nisi multo labore sic sedarunt vt desinerent insanire, suæque illas puderet stultitiæ, cum recogitarent denique, quàm pauca ex tanto numero quæ Sciaocum, eiusque consinia incolebant, quàm fatuè sua vltro sola proleptissent delicia, & acturas fuisse prudentius, si earum exemplo maritos imitatæ Christo nomen dedissent. Hic dæmon feminas, viros in eo quod sequitur in furorem egit. Squalebant segetes longa siccitate, indicta Ethnicæ abstinentia carniū, ieiuniis, & supplicis idolorum pluuiam poscebant. Cihienus inter vrbes Præfectos cognomento pater, & mater populi, urbem cum senioribus obibat pedes, & cernuus, cælumque identidem adorantes pro aqua supplices precidebant; Bonziz alternis cantibus rumpebant latera, cælum in dies

89.  
Persecutio à  
feminis.

89.  
Et h. Ethn.  
defectu

seranus